

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Prelacio ck  
cum uariis

Quidam ante dignitatis adepctionem satis commendabiles exstiterunt, sed super candelabrum ecclesie constituti, lucem in tenebras et famam in infamiam conuerterunt. Melius plerisque fuisse adhuc latere sub modio quam cum infamia candelabrum ascenderet. Adhuc enim turpitude eorum sub paupertatis obscuro lateret nisi eam dignitas diuulgasset. Creuit honor et cum honore infamia. Priuato peccanti sepe parcitur, sed si prelatus deliquerit, in eius infamiam lingue omnium acuuntur.

Petrus Rauennensis in quodam sermone.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

conuerterunt] conuertunt B P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; plerisque] plerusque B; obscuro] obsequio (*cor. intra*) M; Rauennensis] Chrysologus V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>